



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 28. S. Bernardini Senebris Canonizatio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. rum genere inquinatus, crudelis, in libi-  
A. C. 1450 dinem propensus, raptor, implus, ac Re-  
ligionis contemptor, Roma reversus ni-  
hil melior apparuit, sed ut alter Sarda-  
napalus mortem vitæ consimilem obiit.

## §. XXVIII.

*S. Bernardini Senensis Canonizatio.*

**N**on minor gloria, quam numerus Mi-  
raculorum, quæ indles ad Bernardi-  
ni Senensis sepulchrum perpetrata audie-  
bantur, adeo omnium Senensium corda  
permovit, ut junctis studiis cum Aqui-  
lejensi civitate, in qua sanctus die vige-  
sima Maji Anno millesimo quadringente-  
simo quadragesimo quarto obiit, Virum  
in numerum Sanctorum referri supplica-  
rent. Jam tempore Eugenii IV., qui  
ipsem vitæ Bernardini tam Ferrarie,  
quam Florentiis, & Romæ testis ocularis  
exstitit, ejusdem mores, & miracula plu-  
Bullar. to. 2.  
Nicol. V.  
Conf. II.  
ries discussa fuere; Nicolaus quoque  
urgente Sancto Joanne Capistrano sole-  
mnes processus, ut vocant, continuari  
curavit, quibus debite absolutis idem Pon-  
tifax ipsa die Pentecostes, quæ erat vi-  
gesima quinta Maji hoc anno millesimo  
quadringentesimo quinquagesimo (\*)  
Bernar-

(\*) Non prætermittendam hic loci censeo

Pagii

Bernardinum solemni ritu in Sanctorum Sæcul. XV.  
 numerum retulit, decima tertia vero die A.C. 1450.  
 Junii ejusdem festum ingenti pompa ce-  
 lebratum fuit. Cum vero Nicolaus Pa-  
 pa anno sequenti comperisset, quod Aqui-  
 lejenses Sancti Viri corpus in monasterio  
 Fratrum conventionalium S. Francisci as-  
 servatum nullatenus sibi eripi paterentur,  
 Fratribus Minoribus de observantia, qui  
 Bernardinum ceu alterum Institutorem  
 & specialem Patronum venerantur, cor-  
 poris custodiam, atque curam concessit,  
 donec in ejus honorem Ecclesiam erige-  
 rent, in quam vigesimo ex post anno ædi-  
 ficatam Sancti hujus ossa die septimo de-  
 cimo Maji sub Pontificatu Sixti IV. trans-  
 lata, & post novem annos in argenteam  
 urnam reposita fuere, quam Ludovicus  
 XI. Galliarum Rex in specialis suæ erga  
 hunc Sanctum venerationis monumen-  
 tum, dono dederat.

### §. XXIX.

Pagi criticam, quæ in suo Breviario Historico-  
 critico ad hunc annum num. XXI. hæc habet:  
*Corrigendus Continuator Hist. Eccles. Abbatis  
 Fleurii, qui nulla habita diligentia asserit, di-  
 ploma Canonizationis S. Bernardini datum &  
 publicatum fuisse in die Pentecostes 25. Maii,  
 cum datum sit IX. Calend. Junii seu 24. Ma-  
 ji, quæ hoc anno 1450. concurrebat cum die  
 Pentecostes.*

R 5